

*nis institutum. Quæ mihi causa præcipua fuit cur RHETORICEN hanc ECCLESIASTICAM, cum publicanda esset, tuo potissimum nomini duxerim inscribendam; quod nimirum unus omnium optimè cognitum haberes, & qua occasione ad eam adornandam sim adductus, & quo animo aut consilio nunc in publicum edam: In quo quidem utroque, scribendi scilicet & edendi instituto, cum te suasorem atque hortatorem habuerim, optima spes tenet animum meum, fore, ut hæc qualiscunque opera mea testimonio tuo ornata, non displiceat piis & candidis Lectoribus; iis præsertim, qui tenorunt, & sciunt cuiusmodi tuum in hoc genere iudicium sit, qui multis iam annis aliquot in Palatinatu Ecclesiis cum emolumento præfuiisti; ei inprimis, quam sub tutela ac patrocinio Serenissimi Electoris Palatini*

latini